Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



49

bescere fecisti sicut araneam animam
eius: ueruntamen uane turbatur om
nis homo. ℣ Exaudi orationem meam dñe
et deprecationem meam: auribus percipe lacri
mas meas. ℟ Ne tileas quoniam aduena
ego sum apud te: et peregrinus sicut om
nes patres mei. ℟ Remitte mihi ut refri
geret prius quam habeam: et amplius non
Exspectans expectaui ℣ Et
dominum: et intendit mihi.
℣ Et exaudiuit preces meas et
eduxit me de lacu miserie et de luto fecis.
℣ Et statuit super petram pedes meos: et
direxit gressus meos. ℣ Et immisit in os
meum canticum nouum: carmen deo
nostro. ℣ Videbunt multi et timebunt:
et sperabunt in domino. ℟ Beatus uir cui
est nomen dñi spes eius et non respexit in
uanitates et insanias falsas. ℣ Multa fe